

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Marcus Heilandus]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

Post fata Viri, quatuor ejus filia Theologorum
matrimonii felices evaserunt; Natu maximam A-
gnetem Philippo Heilbronnero, alteram Cathari-
nam, illius fratre, Jacobo; Tertiam Nicolao Wie-
lando, postmodum Abbate Herren-Albenfi, Quar-
tam denique, Saram nomine, Martino Kepplero,
Præposito Medlingano ducente, quos dignâ laude
prosequitur Frischlinus. Weickersreuterus vitæ cur-
sum in Domino absolvit d. 8. Apr. A. C. 1569. (c)
pro suggestu laudatus à Johanne Esthofer, Calven-
sium Superintendente. Familia Weickersreuteria-
na hucusque floruit Esslingæ, Civitate Imperiali.

MARCUS HEILANDUS, Ecclesia- *Cl. 1548.*
stes Argentinensis & Calvensis, Vai- *Ob. 1549.*
hingæ celebri oppido exortus ex honestis
parentibus, Johanne & Barbara, quo anno, igno-
tum. Hi puerum in fundamentis literarum mediocri-
ter, ut tempora tum ferebant, erudiendum curâ-
runt: postea Pforzheimium, ut lanei panni tonsuræ
ibi operam daret, ablegârunt. Paret ille, & hoc
opificii genus, inter illiberales artes tunc temporis non
postremum, perdiscit. Postea solidioris cognitionis
causâ Basileam adit, & opificium suum aliquandiu
exercet. Sed cum ad majora quædam sese natum
tacito naturæ motu persentisceret, deserto illo opifi-
cio ad bonarum Artium primum, deinde ad divinæ
scripturæ studium animum seriò applicuit, nactus ad
propositum suum occasionem percommodat. Fer-
vebant enim tum Basileæ complures Artis Typogra-
phicæ, divini prorsus doni à Germanis inventi, no-
biles

(c) Aug. Brunnius Lib. Syn. lit. A,

biles officinæ, cumque singulari Dei beneficio & bonæ literæ & vera Theologia, Luthero, Erasmo, Philippo, aliis divinitus excitatis, renascerentur: eorum libri Latini, Græci, Hebraici, Philosophici, Theologici, Basileæ præcipuè certatim imprimebantur. Hac commoditate arreptâ cuidam officinæ, Frobenianæ forsan, operam suam ad errores typographicos quibusque in libris corrigendos obtulit. Quâ ex re triplex est consecutus emolumentum: Vitæ sustentationem cum salario faciliorem; deinde librorum & manuscriptorum, & excusorum, sine pretio copiam illo tempore præcipuè desiderabilem; denique diligentiam quandam quasi necessitatem & habitum. Itaque cum studio linguarum & sacrarum literarum flagraret, Cleantheâ suâ diligentiam tantam sibi eruditionis suppellectilem comparavit, ut ad Ministerium Verbi divini primum in ipsâ urbe Basileensi, postea extra eam in pago Bubendorff, & tandem in patriâ Wirtembergiâ sit evectus. Anno 1532. feriis Paschalibus uxorem duxit Mariam, filiam Matthiæ Iselini, mercatoris Basileensis. Ex hac nati ei sunt tum alii liberi utriusque sexûs, tum præcipuè Anno 1533. d. 7. Julii, Samuel, filius, postea Ducalis Stipendii, quod Tübingæ est, Ephorus & Moraliû Professor per 36. annos, continuus. Cum vero Princeps Wirtembergicus, Ulricus, avitum territorium post trium lustrorum exilium armatâ manu recepisset; atque Ecclesias à Pontificiis sordibus purgâset: Marcus Heilandus mandato illustrissimi Ducis ab Ambrosio Blaurero, reformationis administro, in Ducatum Wirtembergensem vocatus est, Basilea igitur An. 1535. impetrato honestissimo

stissimo muneris ac vitæ testimonio Gamartingam, Suevorum Albaniam, sumtibus Ducis cum familiâ discedit. Ibi cum biennio Evangelium docuisset, Calvam transfertur, quod oppidum est ad Hercyniam Sylvam pervetustum. Calvæ, licet Præfæctus loci & Senatores plerique Pontificiæ religioni addicti, vehementer adversarentur, annos undecim magno cum fructu egit: Scholas Latinam & Germanicam instauravit: fuitque in religionis negotio ad Conventus WORMATIAM, HAGENOAM, & RATISPO- NAM anno 1540. & sequenti cum aliis missus. Anno 1548. autem, cum Sphinx Augustana Interim passim grassaretur, ipse etiam ut alii complures, loco suo, suâsu imprimis FRIDERICI HAIDENI, Mercatoris cessit, atque Argentinam cum suis abiit. Ibi non solum humaniter susceptus, sed & divini Verbi Ministerio præfæctus Diaconum in æde Nicolaitanâ egit, docuitque magno animo in ipsâ urbe, Interim illud nihil moratus. Paulò post cum tempestas Interimistica etiam ARGENTORATI ingrueret; atque ipse Calvam repetere, quò revocatus fuerat, in animo haberet, morbo corripitur & fati concedit An. 1549.

(a) Non prætermittenda est hæc loci laudati Heideni fidelitas & constantia, quam Melchior ADAMI memorare neglexit; Heidenus quippe non solum rationibus & exemplis, ut in loca tutiora se reciperet, pervicit, sed & ipsemet virum eduxit. Cui re- verso & quod Parochum eduxisset intrepidè confesso, Præfæctus dira quæque minatus est, quæ tamen

D

ipse

(a) *Vid. Orat. ab Erb. Cellio hab. Samuel. Heiland apud Melch. ADAMI in Vitis Philosph. p. m. 173. edit. nos.*